Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



S. Petri omnium illius regionis antiquissimam esse, communis vulgi persuasio, atque haud dubie veterum traditio est. Quæ ~~inde plurim~~ maxime confirmatur ~~quia~~ ab ~~ingenti~~ insolita ejusdem parochiæ amplitudine ac inter alias parochias commixtione. Extenditur enim ~~qu~~ hodiedum ad tres ferme leucas in latum, et in longum ad septem. Ad eam pertinent pagus ~~exiguus~~ Gratsch, quem olim Curats ~~dictum~~ scriptum invenio, ad pedem montis Tirol situm; tota vallis Pfeldria sex minimum leucis ab Ecclesia S. Petri ultra asperrimum montem Sprans dissita versus septentrionem; item castrum Aur, quod ad Comites Stachelburgicos pertinet; præterea ex villa Teriolis curiæ septem, ex villa Rufiana curiæ septem, totidem ex villa Plars, et una ex ~~villa~~ Algundensi pago. Atqui dispersæ hujusmodi parochianorum reliquiæ probabilissimam antiquitatis monumenta sunt. Cum enim novæ identidem Ecclesiæ construerentur, novæ parochiæ fundarentur; ~~anti~~quis aliquid dem~~tum fuisse~~ere necessum ~~est~~ fuit. Attamen ne totum amitterent, permissum ~~antiquis~~ est illis tantum, ut matricis Ecclesiæ ~~signa~~ et pristinæ amplitudinis vestigia retinerent. Unde parochiam S. Petri non solum parochiis vicinis, S. ~~Joannis B.~~ Ruperti Teriolensi, Algundensi, Meranensi, imo et Majensi antiquiorem esse, sed etiam omnes istas olim comprehendisse, mihi persuadeo. Nam et ex Majensi ~~paro~~ pago ~~olim~~ decimas parocho S. Petri fuisse præstitas, lego in libello Decimarum Majensium (scripto ~~cir~~ ante annum 1363; ubi: Item der gancze Zehende ist vnser auss sant Vallenteins Hof Newrart vnd choren Zehend. Der Hof ist Herrn Cristan Rewpachers vnd gehoert etwenne (id est, olim) gen sant Peter bey Tirol mit dem Zehenden. Illam colit colonus ibidem. De antiqua urbe Majensi disserendi occasio alias occurret. Demum præaltam antiquitatem Ecclesiæ S. Petri ~~tum~~ probat tum ipsa ædis structura; quæ licet ad gentilium tempora referri posse non videatur, est tamen formæ vetustissimæ. ~~Infra~~ Subtus gradum altaris summi fossa apparet murata, profunda unam ferme orgyiam. Ex hac ulterius versus orientem, id est, ~~a~~ versus ~~vicum~~ castrum Teriolense ~~in viam subterraneam~~ descenditur in catacumbam: quæ qui-

(exstat in Tabular. Stams.)